calium per eandem Gnosam Tymieniecka supra scriptae Gnosae Plazycka olim Gnosi Alberti Zarzba Consorti relicta Vidua sui Recognoscentis Parenti et Marianna atque sibi Recognoscenti Actis Officii praesentis feria sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, modo simplicis debiti inscripta, et super bonis illius generaliter omnibus ad soluendum proprie curata sese denuante. Item de provisione ab eadem summa pro sorte et interesse sui prouenien, Necnon de eadem ipsa Inscriptione Debitorea quo ad summam suprascriptam Duorum Millium florenorum Polonicalium pro sorte et interesse sui sese referente, ab sufficientem et plenariam sibi Recognoscen quantum pro sorte et interesse sui praestitam satisfactionem Quietat emittit, dimittit, liberamque et absolutam perpetuo pronunciat. Inscriptionem eandem super summam praefatam sortem et interesse sui Recognoscen concernentem cassat mortificat et annihilat. Sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Goiszewski Conti Reformat.

1047 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Gnosus Martinus de Goiszewice Goiszewski, filius Gnosi Pauli de eadem Goiszewice Goiszewski cum Gnosa Anna de Cielemge Consorte eius procreatus filius, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo palam libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Gnosae Constantiae Zarzbianka Gnosi olim Alberti Zarzba cum Gnosa Anna Plazycka Consorte eius procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae et ipsius successoribus

Summam

summam Quatuor Millium Florenorum polonicalium ratione dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae necnon aliam similem summam Quatuor Millium Florenorum Polon. ratione certi, veri, iusti, et liquidi, dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumque quarumvis, pecuniarum, necnon auri argenti, clenodiorum, unionum, Margaritarum, Vestium Vestimentorum, stanni aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum equitiae, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus. Per ipsam Generosam Constantiam Zarembianka sibi Recognoscentem Consortem Legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium, cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et pertinentia quavis, tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi; ac ad usus suos et suorum successorum, quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi: Vigore ac more aliarum Reformationum, hactenus et dictus in Regno Poloniae observari solitarum etc.

Feria sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo. 18/III

Czarnoccy Coniuges Mysłowskiemu Roborant et Statuent. ex Com

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesen. Castren. Capitan. M- 1047
yslien. Nobiles Stanislaus et Catharina Czarnoccy Coniuges Legittimi Sa-
nimen.